

17. q. 1. Rebus. praxi benefice. reg. de dispens. in gradibus prohibitis. gloss. n. 55. Rosell. verb. Impedimentum. imped. 17. ini. Angelus Matrimonium 3. imped. ad fin. Sivo. Matrimonium 7. q. 2. ad 5. Tabiena verb. Impedimentum. impedim. 14. n. 1. & 2. ad 5. Tabiena verb. Matrimonium n. 62. & verb. Nuptia n. un. Navar. Similia verb. Matrimonium n. 62. & verb. Nuptia n. un. Navar. Summ. cap. 21. n. 71. Lex 18. t. 2. p. 4. & ibi Montalv. in fin. Greg. Lop. ibi verb. Por palabras. Turres. cap. Non oportet. el. 1. a. n. 1. & cap. Nec uxorem n. un. 33. q. 4. Gasta repetit. cap. Ad limina 30. q. 1. s. 4. n. 548. & q. 1. de irregul. cap. 25. n. 17. s. Feria. Ant. Cucus lib. 5. inflit. maiorum t. 12. n. 8. Cavalcant. in sui. decisio. 2. p. decif. 12. de contradi. & in ordi. n. decif. 58. n. 17. Spino. Spec. testam. gloss. 15. princip. n. 20. Et ex Theologis D. Bonav. 4. d. 32. art. 4. qu. 1. D. Antonin. 3. part. tr. 1. c. 17. paulo post princip. Cajet. sum. verb. Nuptiarum peccata. Abulens. c. 5. Matrim. q. 242. in solut. ad 1. Petr. de toto lect. 14. de matrim. s. Huic proximum est. Veger. lib. inflit. c. 16. n. 7. vers. 8. Veracru. 1. p. spec. art. 34. concl. 2. F. Alex. in suo Enchirid. 2. p. precept. ubi de statu matrim. s. Contrahere Bell. l. 1. de matrim. cap. 31. ad fin. s. In altero. Enrig. lib. 11. de matrim. cap. 16. n. 2. Emman. Sa. sum. verb. Matrimonium. ubi de impedimentis non dirimentibus. n. 2. Philiare. de offic. sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 4. Petrus de Ledejm. de matrim. q. 50. art. an. volum. penult. Barb. a Ledejm. de matrim. dub. 60. s. Animadvertere hic oportet. Graffis 1. p. decif. lib. 2. c. 85. n. 28. & 2. p. lib. 2. c. 13. n. 15. Vega 2. tom. sum. cap. 34. casu 178. & sequenti.

13. Id tamen latendum est, si aliqui consuetudo viguisset, ut nec matris hic feriarum temporibus liceret, illi standum esse. Quia consuetudo legitima vim legis obtinet, cap. fin. de consuetud. Sic D. Antonin. Sive. Antonius Cucus n. p. precept. allegati. Ovandus 4. dist. 32. disp. un. fine.

14. Ad argum. n. 10. proposita responderetur. Ad primum dic. posse contrahi in facie Ecclesie coram parocho & testibus, & abique benedictionibus nuptialibus, & aliis festivis solemnitatibus, nec id esse vetitum. Ad secundum dicitur abbat. Sive. illud, Nec uxorem ducere, id est, traducere; at textus ceteri non prohibent absolute nuptias, sed illarum celebrationem, quæ fit per benedictiones, & alias festivas solemnitates. Ad tertium dic. si, in temporibus suspendi nuptias quoad eorum celebrationem, non tamen quoad eas abique solemnitate contrahendas.

15. Questio II. An traductio sponse in sponsi domum, feriarum tempore interdicitur? Duplex inventio sentent. Lomenem traditionem etiam abique solemnitate interdicitur esse ait. Tum quia textus Nicolai Pontificis, cap. nec uxorem 33. qu. 4. absolute prohibet eo tempore uxorem ducere: id est, traducere: ut n. p. precept. explicuimus. Tum etiam, quia ex ipsa traditionis povitate animæ circa carnales ac venereas voluptates magis occupatur. Id tenent expressè Sive. Matrimonium 7. q. 2. post 5. dictum, dub. 2. Rosella verb. Impedimentum. imped. 17. ini. Veracru. 1. p. spec. art. 14. concl. 4. Barb. a Ledejm. de matrim. dub. 60. concl. 3. Ant. Cucus lib. 5. inflit. maiorum t. 12. n. 9. Graffis 2. p. dec. lib. 2. c. 13. n. 15. Idem videntur tenere alii, qui indistincte, & absolute docent traditionem prohiberi. Sic Glossa c. Vir cum propria. Hinc etiam, ad fin. 33. q. 4. Abbas c. Capellanus. n. 4. ad finem. de feris, & ibi Cardin. ad fin. D. Bon. Ruenerius, Albericus, Henric. Gafet. Richard. D. Anton. Jo. de Frising. Petrus de Soto, Viguorius, Majolus, Emmanuel Sa. n. 12. alleg. Armilla verb. Nuptia n. unie. Tabiena verb. Impedimentum. impedim. 14. n. 1. Lex 18. t. 2. p. 4. & ibi Greg. Lop. verb. Vclar. Turres. c. Non oportet, el. 1. 33. q. 4. d. 1. n. 1. Nav. sum. Hispan. c. 22. n. 71. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 24. l. n. 4. Petr. de Ledejm. de mat. q. 50. art. unie. col. ante penult.

16. II. Sent. (quam veriorē exitum) ait solam solemnem traditionem sponse in sponsi domum prohiberi. Quia nimia mentis evagatione dedecens solis temporis sanctitatem minime reperitur in traditione abique solemnitate, & festivis vanæ lætitiæ signis. Quod & ipsa consuetudo licetum esse testatur: eo vel maxime quod matrimonii consummatio, quæ traditioni obstat possit, non est eo tempore interdicitur, ut n. 23. probavimus. Atque ita tenent Goffred. sum. tr. de matrim. contradi. contra interd. Eccl. n. 2. Hofiens. veteres Tancredum cap. Capellanus n. 2. in fin. de feris, & sum. tr. de matrim. contradi. contra interd. Eccl. n. 3. paulo post principium. Aflen. summa 2. p. lib. 8. tr. 30. art. un. 1. Palud. 4. d. 32. q. 1. art. 4. n. 17. Angelus Matrimonium 3. impedim. 2. ad finem. Nav. sum. lat. c. 22. n. 71. Hispan. c. 28. addit. ad eundem n. Gasta repetit. cap. Ad limina 30. q. 1. s. 4. n. 549. sine Cavalcant. in sui dec. 2. part. decif. 12. de contradi. & in ordine 58. n. 17. & duplici loc. Graffis 1. p. dec. lib. 2. c. 85. n. 28. Alex. in suo Enchirid. 2. p. precept. s. ubi de statu matrim. s. Si a Domino Philiare. de offic. sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 4. Bellarminus lib. 1. de matrim. cap. 32. ad fin. Lud. Lop. 2. p. instrui. de matrim. cap. 46. sine Vega 2. tom. sum. n. c. 34. casu 179.

17. Quod si queratur, quid intelligatur nomine traditionis solemnem prohibere: eo tempore? dicam intelligi convivio & aliis vanæ lætitiæ signis comitatum traditionem. Atque ita c. Nec uxorem 33. q. 4. ubi dicitur non licere tunc uxorem ducere, & subdit, Nec convivium facere. Item, quia hoc vana lætitiæ signa sunt, quæ nimiam mentis evagationem, id tempus dedecentem, secum afferunt: quæ causa est illius prohibitionis. Ac proinde tunc ea convivia & vanæ lætitiæ signa prohibita esse, affirmat Hugo c. Non oportet, el. 1. 33. q. 4. & ibi Archid. marie. Turres. ibi, art. 2. sine, in exposi. lit. c. d. c. Nec uxorem, n. un. Supplement. Gabr. 4. d. 32. q. unie. art. 3. fin. Rosell. p. axi benefice

reg. de dispens. in gradibus prohibitis gl. 5. n. 55. Palud. Angelus, Gasta, Cavalcant. num. 17. Bellarm. n. proced. allegatio. Gafet. sum. verb. Nuptiarum peccata. Armilla verb. Nuptia, n. unie. Navar. sum. Hispan. c. 22. n. 71. & cap. 28. addit. ad eundem. num. Emmanuel Sa. summa verb. Matrimonium ubi de impedimentis non dirimentibus. n. 2. Petrus de Ledejm. de instr. q. 50. art. unie. volum. ante penult. Graffis 2. part. decif. lib. 2. cap. 13. n. 15. Vega 2. tom. sum. n. c. 34. casu 179. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 241. num. 4.

Si rursus rogetur, quale peccatum sit hæc diebus uxorem traducere, convivio solemnitate facere, aliaque secularis lætitiæ signa exhibere? Rerique absolute loquentes de uxoris traditione, dicunt eam esse lethale peccatum. Sic Jo. de Frising. Tabiena, Viguor. n. 15. allegati Nav. sum. Hispan. c. 22. n. 71. Alii vero dicunt traditionem solemnem esse peccatum lethale. Sic Angelus, Alex. Lud. Lop. Vega n. 16. relati, Nav. sum. lat. c. 22. n. 71. Unde convivia splendida eo tempore fieri ad nuptiarum solemnitatem, sub mortali prohiberi affirmant Nav. sum. hisp. c. 22. n. 71. Angelus, Petr. de Ledejm., Manuel Vega n. p. dec. allegati. Nec obicitur id significant Cajet. sum. verb. Nuptiarum peccata, Armilla verb. Nuptia, n. unie. dicentes nuptias tria importare, nempe, benedictionem conjugum, traditionem sponse, & solemnitatem convivii, ac violantes hoc statutum reos esse culpæ lethalis. Et potest probari, quia benedictiones matrim. non prohibentur ratione sui: cum sint quid spirituale, ac proinde tempore devotioni dicatum minime dedecent; sed propter convivium, & alia festiva tunc intervenire solita, quæ mentem a divinis avocant. Ut clare colligitur ex D. Thom. 4. d. 32. q. unie. art. 5. unie. 4. corp. & ibi Richard. art. 5. q. 1. ad 1. Et docent expressè Cajet. & Armilla mper. cit. Ergo fortius hæc prohibetur: argum. deducto ex auct. Multo magis, cap. de Episcopis & clericis. Alii autem non ita rigide loquuntur, sed traditionem sine solemnitate, culpæ venialis damnant. Sic Barb. a Ledejm. de matrim. dub. 60. conclus. 3. imo idem de traditione solemnem, modo scandalum gessit, tradit Veracru. 1. p. spec. art. 14. concl. 3. Atque folia iuxta, & alia lætitiæ signa, abique uxoris traditione, nullam esse culpam affirmat Tabiena verb. Impedimentum. impedim. 14. q. 1. n. 2. ratione generalis consuetudinis hæc permittentis. Verum (ut meam sententiam explicem) solas nuptiarum benedictiones hoc tempore vetitas esse sub mortali existimo. Quia generaliter consuetudinem recepimus esse video, ut sponse eo tempore in sponsi domum traducerentur, convivium fieri, ac alia lætitiæ signa præberentur convenientibus prælati. Quare si hæc moderata sint, nullam culpam agnosco, si aliquantulum fit excessus, solam venialem: mortalem autem minime, nisi ubi nimis excessus fuerit, ita ut sanctitati prædicorum temporum notabiliter detraheretur, & aucta notabilis iure optime offensionis ac scandali spectantium animis tribueretur, unde Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 4. n. 17. mitius est locutus, dicens prohiberi nuptiarum celebrationem his temporibus, ob lætitiæ & multas insolentias iis valde diftentanas. Quamvis enim iura rigidi loquuntur: ut constat ex c. Nec uxorem 33. q. 4. ubi uxorem ducendo, ac convivium fieri, absolute prohibetur: at generalis consuetudo huic iuris rigorem temperavit, & fere ad solam nuptiarum benedictionum prohibitionem reduxit.

Hinc intertemperandum esse, quod tradunt Cajet. An. mil. Manuel, Vega n. p. dec. allegati, & Petrus de Ledejm. de matrim. quod. 50. art. unie. col. penult. nimirum, eos non esse legem transgressiones, qui ante feriarum tempus, nuptiarum benedictiones suscipiunt, & convivium, celebratiæque festivas in id tempus differunt, quasi illis solis prohibitis, hæc permittenda sint; quod potius hæc prohibentur. Sed temperandum (inquam) est, juxta n. præc. tradita: ubi explicuimus quando nulla, & quando venialis, atque quando culpa mortalis sit, hæc eo feriarum tempore celebrari.

Ad argum. n. 15. proposita responderetur. Ad 1. dic. extractione textus colligi intelligendum eum esse de solemnem traditione, ut probavi num. 16. Et etiam ita rigide intelligeretur, at consuetudo jam explicuit solam solemnem traditionem comprehendendi. Ad 2. conitit ex dictis num. 16. non enim tanta mentis evagatione reperitur in traditione non solemnem.

Questio III. An feriarum tempore interdicitur sit matrimonium consummaturum? Quodam id affirmant. Et ducuntur, quia cap. Nec uxorem 33. qu. 4. interdicitur traductio uxoris eo tempore. Cujus ratio nulla alia esse potest, nisi ut vitetur culpa carnalis. Secundum, quia cap. Non oportet, el. 1. 33. q. 4. decernitur leparandus esse celebrantes nuptias hic diebus: quod nequaquam heret, si copula non esset tunc prohibita, sed sola solemnitas. Non enim feriet personarum separatio, sed alia poenitentia imponeretur. Pena enim non debet culpe quantitate excedere: cap. Quæstio, de his que sunt a majori parte capituli, l. Sancimus, c. de poenit. Tertium, quia etiam matrimonium consummaturum licet tempore orationis & jejunii vacare copule: ergo a fortiori non licet consummare, quia turpius est, quod non admittitur hospes. Quoad modum, de iurejur. Ita glossa c. Vir cum propria, s. Hinc etiam, fin. 33. q. 4. & c. Capellanus verb. Quocunque, de feris, ubi An. n. 9. Bald. in fin. Petrus, ubi Abbas antiquus, quos referet, & sequitur ibi Joann. And. n. 4. Panor. n. 4. Card. ad fin. Inal. n. 1. notat. 1. Rayner. summ. tr. de imped. feriarum in princ. Hoff. sum. tr. de matrim. contradi. con. interd. Eccl. n. 3. paulo post princip. Bertachin. in suo reper. lu. M. verb. Matr. verb. Matr. conjung. Henric. c. fin. n. 3. de frigid.

DISPUTATIO VIII.

An tempore interditi, & cessationis a divinis, liceat matrimonium inire, ac nuptias benedicere?

SUMMARIUM.

Referunt opinio afferent matrimonium non posse contrahi tempore interditi, num. 1. Potest licite contrahi, 2. Tempore cessationis a divinis potest matrimonium, & quæcumque alia sacramenta celebrari, quæ interditi tempore sunt permilla, 3. Validum matrimonium contrahitur tempore interditi, 4. Contrahentibus specialiter & personaliter interditi, licitum est inire matrimonium, 5. An possit sacramenta permilla tempore interditi, ministrari in Ecclesia specialiter interditi, 6. Possunt denunciaciones matrimonii tempore interditi fieri, 7. Solentur argumenta, 8. Referunt sententia docens posse benedictiones nuptiales tempore interditi conferri, 9. Non possunt tunc conferri, 10. Possunt hodie & benedictiones, & cetera officia Ecclesiastica celebrari, servata moderatione cap. Alma mater, de sent. excomm. in 6. modo sponse habeant diploma, 11. An id habeat verum in speciali interditi loci, an tantum in generali, n. 12. An cum illa moderatione liceat extra Ecclesiam tempore interditi benedictiones nuptiales, & alia divina peragere? num. 13. An possit similiter ea omnia tempore cessationis a divinis cum illa moderatione celebrari? 14. An in festivitatibus, in quibus iure suspenditur interdicitum, liceat publice & solemniter benedicere nuptias, & cetera officia celebrari, 15. An si tempore interditi benedicantur nuptia die Natalis Christi, vel Pasche, contraveniatur interditi, & incuratur irregularitas adversus contravenientes lata: vel soli præcepto interditi eo tempore benedictiones? Et similiter, an obligatus ex voto, vel regulari constitutione ad carnium abstinentiam, peccet adversus jus commune prohibens ejum illarum feria sexta, si illis vescatur feria sexta, in qua incidit Natale Dominicum? Explicat. cap. fin. de observat. jejun. & an sublatio voto per dispensationem, vel irrationem, vel prelati dispensante in constitutione, liceat vescat? 16. An liceat in præditiis festivitatibus officia non propria diei peragere, ac nuptias benedicere non celebrata Missa propria diei, 17. An liceat in eisdem idem efficere, tempore cessationis a divinis? vel si Ecclesia sit speciali interditi supposita? 18. Num sive vir sive femina interditi sint, liceat illis benedictiones recipere in loco non interditi? 19. Satisfit argumentis. Et enodatur regula Accessorium, de regul. juris in 6. num. 20.

Duplex involvitur questio disputanda in præfati disputatione. Prior est de matr. tempore interditi celebrando. Posterior de benedictionibus nuptialibus eodem tempore conferendis. Circa priorem questio. sententiæ aliqui nefas esse tempore interditi, matrimonium contrahere, secus de sponsalibus. Ducuntur, quod nulla tempore interditi sacramenta ministrari possint præter excepta, c. Alma mater, quod est finale, vers. Nulla de sent. excomm. in 6. Nam facta generali prohibitione, id omne vitium censetur, quod expresse concessum minime reperitur. Clement. 1. s. Porro, vers. Nam ubi, de verb. signif. At matrim. exceptum non est. Et consir. quia sicut eodem cap. final. excepta sunt sacramenta poenitentia, respectu etiam non agrotantium, & iure alio excepta, nimirum, Baptismus, & Confirmatio, & Eucharistia per modum viatici c. Non est, de spons. & c. Quod in te, de poenit. & vers. similiter si matrimonium concessum esset, exciperetur. Secundum, quia rationes ob quas præfata sacramenta tunc permittuntur, cessant in matrimonio. Cum ex negotiatione matrimonii minime subtrahatur Ecclesiis debitus honor, nec hæres pallentur, quæ sunt rationes assignatæ d. c. finali: eo vel maxime, quod si necessitas inveniendi matrimonii occurrat, possit id extra locum non interdicitum commode fieri: eo proinde non est cur in loco interditi concedatur, & argum. c. Si sententia. s. Ceterum, de sent. excomm. in 6. Tandem, quia, hodie, cum matrimonium abique parochi presentia consistere nequeat, parochus quodammodo est minister. At parochus interdicitur est eo tempore quævis sacramenta ministrare, dempsit Poenitentia, & Eucharistia morientibus, ac Baptismo. Et ideo huic sententia est Upsilon de censuris, ubi de interditi, tab. 5. c. 7. s. 3. n. 1. & c. 10. s. 1. n. 1.

Verum absque dubio dicendum est, posse licite matrimonium iniri tempore interditi. Constat ex cap. Capellanus, de feris, ubi habetur eam esse Romanæ Ecclesie consuetudinem, ut

matrim. quocumque tempore contrahatur, Deinde, quod ea sola Sacramenta censentur tempore interdicti vetita, quae pura Sacramenta sunt, & omnino spiritualia. At matrimonium est contractus quidam naturalis, cui per accidens adicitur Christus Dominus Sacramenti rationem. Pro hac sententia citatur committer Glossa, cap. Alma mater, q. Sacramentum, de sent. excommunicat. cap. Alma mater, q. 2. p. 2. ubi dicitur, quod si quis in interdicto contrahat, non est nullus, nisi sit in interdicto. Et tenent expressis Innocentius, cap. Non est, in fine, de spons. & ibi Hostiensis, fin. Joan. Andr. nu. 5. Anton. nu. 10. Abbas nu. 8. Card. nu. 4. q. 1. P. P. Alex. de Nevo nu. 21. Et seq. Anchar. fin. de interdict. membr. 6. s. V. Jo. de Franc. in princ. n. 3. Calderin. de interdict. 2. nu. 7. Angelus interdicti, Rosella interdictum 5. q. 7. n. 9. excepti. 5. Armil. verb. hujus 6. n. 30. Sicut interdictum 5. q. 7. n. 9. Navar. Interdictum nu. 53. Tabiena Interdictum 5. q. 13. nu. 14. Navar. sum. cap. 27. latin. n. 179. hispan. n. 178. Covar. c. Alma mater, 2. p. 2. n. 7. vers. Matrimonium autem Sacramentum Gaeta repert. c. Ad limina, 30. qu. 1. s. 4. n. 547. Borgalus de irregular. par. 6. de sent. interdicti, nu. 50. Et ex Theologis, Palud. 4. d. 18. qu. 8. art. 2. princ. concl. 4. n. 27. Et d. 26. q. 2. art. 2. n. 12. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 4. in princ. col. 5. Medina lib. 1. sum. cap. 11. s. 13. Enrig. lib. 11. de matrim. c. 16. n. 2. comment. lit. 5. Et lib. 12. c. 2. n. 1. comment. lit. F. Et lib. 13. de excom. cap. 45. n. 3. Bart. a Ledesma de punit. ubi interdictum dub. 7. Graffius 2. par. decisi. lib. 1. c. 1. n. 25. Lud. Lop. 2. par. instr. de interdicti. cap. 21. tit. de extr. univ. & matrim. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 116. n. 2. Annoto de Sacram. tract. de interdicti. cap. 8. n. 56. Vrsald. candel. Sacram. 2. par. de interdicti. n. 209. Petr. de Ledesma. de matrim. 4. s. ar. un. dub. 3. post 4. concl. Vega 1. tom. sum. cap. 103. col. 6. Emman. Sa sum. v. Interdictum n. 17. Philiar. de offi. s. p. p. l. p. 1. l. c. 3. s. ult. n. 7.

Imo tempore cessationis a divinis licite initur matrimonium. Quod constat ex c. Capellanus, de foris, quocumque enim tempore dicit concedi. Et clare videntur sentire DD. omnes n. praec. allegati, c. Non est, de spons. nam licere dicunt tempore interdicti, & casus illius textus non est proprie de interdicto, sed de cessatione a divinis. Ut ibi advertit Abbas n. 8. & docent expressis Covar. c. Alma mater, 2. p. 2. n. 7. vers. Ut omnino tamen. Medina dicens claustrum Salmantianum licet definitum, l. 7. sum. c. 11. c. 14. Emman. Sa sum. v. Interdictum n. 17. Vega 1. tom. sum. c. 103. col. 6. Annoto sum. Sacram. tr. de interp. cop. o. paulo post. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 117. n. 2. Lud. Lop. 2. par. instr. de interdicti. cap. 21. ad fin. Imo omnia Sacramenta tempore interdicti permittuntur, sunt etiam licite tempore cessationis. Ut bene Navar. sum. cap. 27. nu. 178. Covar. Manuel ibid.

Ut cum tamen sit, fatendum necessario est ab omnibus, matrimonium tempore interdicti contractum, esse validum: cum Glossa c. Alma mater v. Sacramentum, de sent. excommunicat. in 6. ut bene advertit Covar. eod. c. Alma mater 2. p. 2. n. 7. vers. Matrimonium autem. Atque ita fatetur Ugolin. de censur. ubi de interdicto tab. 5. c. 7. s. 3. n. 3. quarevis licet tunc interdicti. Atque idem dicendum est de matrim. inito tempore cessationis a divinis. Et constat, quia nullus est Canon irritans, & quia matrimonium, licite contrahitur tempore excommunicationis, & si contrahatur, est validum, ut disp. seq. dicam.

Nec quicquam refert, si contrahentes sint specialiter & personaliter interdicti. Possunt enim licite matrim. copulari. Quod ipsum illo interdicti non comprehendatur matrimonium, nisi expressum sit. Quia matrimonium contractum cum per accidens ratio Sacramenti advenit, sua specialia impedimenta fortitur, nec interdicti videntur instar aliorum Sacramentorum. Sic Innoc. Cald. Anchar. utroque loco, & Francus, D. Ant. Rosella, Sil2. Tabiena, Armilla, Navar. Philiar. Petr. de Ledesma. n. 2. allegati. Palud. 4. d. 26. q. 2. art. 2. n. 12. Enrig. lib. 12. de matrim. c. 2. n. 1. comment. lit. F. Et lib. 13. de excom. cap. 45. n. 3. Toledo lib. 1. sum. cap. 20. nu. 9.

Utrum autem in Ecclesia specialiter interdicti supposita, possint matrimonium, & reliqua sacramenta tempore interdicti permittuntur, non constat inter DD. Nam Ugolin. de censuris tab. 5. de interdicti. c. 10. s. 1. n. 2. dicit in Ecclesia specialiter interdicti posse Baptismum, & confirmationem ministrari, quod necessarium intra Ecclesiam ministranda sunt: locus de Eucharistia & penitentia, nisi necessitas aliud suadeat. Borgalus vero de irregul. par. 6. de sent. interdicti, n. 17. distinguit sic: si Ecclesia sit interdicta specialiter ab homine, nullum Sacramentum, excepto Baptismo, potest in ea conferri: & dicit n. 28. matrim. tunc ante fores Ecclesiae posse ministrari, si autem sit a iure, dicit n. 29. Baptismum, confirmationem, & matrim. ante Ecclesiam fore ministranda esse. Ceterum dicendum est, omnia Sacramenta tempore interdicti permitti posse licite in Ecclesia specialiter interdicta ministrari: etsi honestum sit ea alibi celebrari, si commode fieri possit. Quia nulla reperitur prohibitio, quod ea Sacramenta ab omni interdicto exempta sint. Atque ita docent Navar. sum. cap. 27. nu. 179. Covar. c. Alma mater 2. par. 2. n. 7. vers. Haec vero Sacramenta, Enrig. l. 13. de excom. cap. 45. n. 3. Philiar. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 1. lib. 4. cap. 3. s. ult. Et expressis de matrimonio id docent Enrig. lib. 1. c. 1. n. 25. Lud. Lop. 2. par. instr. de interdicti. cap. 21. tit. de extr. univ. & matrim. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 116. n. 2. Annoto de Sacram. tract. de interdicti. cap. 8. n. 56. Vrsald. candel. Sacram. 2. par. de interdicti. n. 209. Petr. de Ledesma. de matrim. 4. s. ar. un. dub. 3. post 4. concl. Vega 1. tom. sum. cap. 103. col. 6. Emman. Sa sum. v. Interdictum n. 17. Philiar. de offi. s. p. p. l. p. 1. l. c. 3. s. ult. n. 7.

Ad argum. n. 1. proposita resp. Ad 1. & confirmationem dicitur non excipi matrimonium. Quia id supponitur tanquam manifestum, & generali consuetudine Ecclesiae receptum, ut nunquam intelligatur prohibitum matrimonium, & excipiuntur ea Sacramenta, quae mere spiritualia sunt, & ad actum ordinis pertinent, ut dixi n. 2. Ad 2. constat ex dictis, esse enim rationes traduntur respectu sacramentorum quae sunt mere spiritualia: at in matrim. militat ratio exposita n. 2. Ad ultimum dic, Parochum non habere rationem ministrari, sed testis ipsos autem contrahentes esse ministros.

Quaestio II. An benedictiones nuptiales possint tempore interdicti conferri? Affirmant aliqui. Quia cum accessorium sequatur naturam principalis, cap. Accessorium, 42. de regul. iur. in 6. conceptio principalis, conceditur accessorium. At benedictiones accessorium sunt matrimonium, quod eo tempore cessant esse: ut n. 2. Et confir. quia concessio tempore interdicti Baptismo & Confirmatione, conceditur confectio christiatis, quod accessorium est, c. Quoniam, de sent. excommunicat. in 6. ubi Glossa verb. Dubium, ait rationem huius esse, quod concessio principalis, concedatur accessorium. Et ita hanc partem tuerent Rosella Interdictum 2. n. 7. Angel. Interdictum 6. n. 30. Gaeta repert. c. Ad limina 30. qu. 1. s. 4. n. 547. & rem esse dubiam nisi definitum, docent Abbas cap. Non est, nu. 8. de spons. & ibi Prapost. num. 7.

Nihilominus dicendum est non posse conferri. Quia benedictio nuptialis est officium divinum, & ad actum ordinis pertinet: cum solus sacerdos possit imponere & imponam benedicere, idque precibus & officio peculiaribus ab Ecclesia institutus, & in Missarum solemnibus. Atque ita tenent Calderin. de interdicti, membr. 6. s. V. Jo. de interdicti Hostien. c. Non est fin. de sponsal. ubi Joan. Andr. nu. 3. Anton. nu. 10. Alex. de Nevo num. 22. Anchar. fin. c. Alma mater, de sent. excom. in 6. num. 10. ubi Francus in princ. nu. 3. Assensu sum. 2. p. l. 7. tit. 16. art. 3. q. 6. Silvest. Interdictum 5. q. 7. num. 9. excepti 5. Tabiena Interdictum 5. q. 13. num. 14. Armilla verb. Interdictum nu. 53. Navar. sum. cap. 27. latin. n. 179. Hispan. nu. 178. Ugolin. de censuris tab. 5. de interdicti, c. 7. s. 3. num. 4. Et ex Theologis Palud. 4. d. 26. qu. 2. art. 2. n. 12. Et d. 18. q. 2. art. 2. princ. concl. 4. n. 27. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 4. prin. col. 5. Medina lib. 1. sum. cap. 11. s. 13. Enrig. l. 11. de matrim. c. 16. n. 2. comment. lit. 5. Et lib. 12. c. 2. n. 1. comment. lit. F. Lud. Lop. 2. par. instr. de interdicti. tit. de extr. univ. & matrim. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 116. n. 2. Annoto de Sacram. tract. de interdicti. cap. 8. n. 56. Vrsald. candel. Sacram. 2. par. de interdicti. n. 209. Petr. de Ledesma. de matrim. 4. s. ar. un. dub. 3. post 4. concl. Vega 1. tom. sum. cap. 103. col. 6. Emman. Sa sum. v. Interdictum n. 17. Philiar. de offi. s. p. p. l. p. 1. l. c. 3. s. ult. n. 7.

Hodie autem licite benedictiones nuptiales conferuntur tempore interdicti, servata moderatione, c. Alma mater, de sent. excommunicat. in 6. nimirum, submissa voce, jappuscaulis, & communicatis, ac interdictis exclusis. Quippe si textus cum ea moderatione concessit omnia divina officia tempore interdicti celebrari posse. Et tenent Sicut Interdictum 5. q. 2. d. 3. fin. Covar. c. Alma mater, 2. p. 2. n. 7. vers. Matrimonium autem Enrig. l. 13. de excom. cap. 45. n. 1. comment. lit. F. Petr. de Ledesma. de matrim. c. 2. n. 1. comment. lit. F. Et lib. 12. de matrim. c. 2. n. 1. comment. lit. F. Petr. de Ledesma. de matrim. c. 2. n. 1. comment. lit. F. Et lib. 13. de excom. cap. 45. n. 3. Toledo lib. 1. sum. cap. 20. nu. 9.

Non tamen permittitur haec in universum accipienda est. Nam in Ecclesia speciali interdicti affecta minime licet officia divina peragere, & benedicere nuptias, cum praedicta limitatione, dicit cap. Alma mater. Quod in solo interdicto generali loquitur: ut constat ex principio illius textus, ubi sermo est de locis suppositis interdicti, atque ita de interdicto generali. Quare concessio postea contenta ubi vers. Ad viciniam, ut possint celebrare divina, tempore interdicti cum ea moderatione, de eodem interdicto debet intelligi. Quia ad principium legis, ubi aliud non apparet, debent trahi sequentia, cap. 2. ff. de iuris & facti ignorantia, l. 2. Cod. de imponenda lucrativorum descriptione, l. 10. Quare ita docent Glossa dicit cap. Alma mater, verb. Ecclesiam. Et ibi Anchar. quaest. 1. Dominicus ibi, s. Ad viciniam, nu. 1. Francus eod. s. nu. 2. Card. de inter-

interd. membr. 2. col. 7. f. 3. vers. Per praedicta solvitur, Jo. Andr. c. Quosvis, n. 2. de his quae sunt a majori parte capituli, ubi Ant. n. 6. Abbas fin. Card. fin. Inm. n. 11. Felin. c. Apophoreta, n. 1. de excepti. Freder. conf. 70. Miles in suo repert. v. Interdictum. Div. Anton. 3. p. t. 26. c. 3. vers. Item in Ecclesia, in cap. 4. in princ. col. 2. Angel. Interdictum 6. nu. 1. Et lib. 16. Sicut Interdictum 5. s. 1. Navar. sum. c. 27. n. 175. fin. Covar. dicit c. Alma mater, 2. p. 2. n. 7. m. 1. statim in princ. c. 8. s. 5. n. 2. fin. Ugolin. de censur. tabul. 5. de interdicti. cap. 10. in n. 5. Tabiena Interdictum 5. q. 1. n. 2. Paul. Fuf. d. de regim. & vicij. Eccl. c. 32. q. 4. Villadiego tract. de irregul. c. De interdicto, quod incipit, dicitur etiam quod celebrant tempore interdicti, col. 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 116. n. 6. Philiar. de offic. sacerdot. tom. 1. p. 1. c. 4. c. 3. fin. Lud. Lop. 2. par. instr. cap. 21. de interdicti. tit. de suspens. interdictorum, statim in princ. Toledo lib. 1. sum. c. 20. n. 2.

Præterea nec cum dicta moderatione, cap. Alma mater, de sent. excom. in 6. licet nuptias benedicere, aut alia officia divina celebrare, extra Ecclesiam & monasteria. Quia ubi vers. Ad viciniam, sic dicitur, Ad viciniam praeter ea singulis diebus, in Ecclesia vel monasterio Missae celebrantur, & alia divina officia licet prius. Cum ergo limitata sit concessio ad Ecclesias, vel monasteria, non est extendenda ad alia loca, quae Ecclesiae non sunt, ut oratoria privata: maxime cum haec concessio sit juris communis correctoria. Deinde, quia rationes in d. cap. Alma mater, assignatae illius concessioni non militat in privatis oratoriis, non enim ex hoc quod in illis a celebratione abstinetur, excrescit indeverto populi, palliant hereses, Ecclesiam debita obsequia detrahuntur, quas rationes textus in principio assignat. Tandem, quia major esset permittit extra Ecclesiam: cum Ecclesia sit locus divinis peragendis dedicatus: atque ideo non habet locum eadem ratio, ut fiat extensio. Atque ita tenent Calder. de interdicti, membr. 6. Franc. dicit cap. Alma mater, s. Ad viciniam, n. 1. Et ibi Covar. 2. p. 2. n. 1. vers. 2. Alii tamen volunt eam concessione, minime restringendam esse ad Ecclesias vel monasteria, sed ubique licere cum illa moderatione divina peragere officia. Quia dicitur eod. cap. Alma mater, licere officia celebrare cum ea moderatione, sicut prius, nempte, ante interdicti tempus: tunc autem ubique licebat. Præterea, quia non est intentio textus concedentis celebrari in Ecclesiis, & excludere alia loca: imo a fortiori includenda illa. Quia finis interdicti est, dum divinarum celebrationum vetat, ne interstiti laici, ad frequentius in Ecclesia id eveniat: illic enim omnes ad divina audienda confluntur. Tandem, quia verba posita in lege, gratia frequentioris usus, illam non restringunt, argumento ex l. unice, cum ibi notatis, c. De regno virginum, & expressum est in textu, in Ecclesiis vel monasteriis, quod ubi frequentius divina celebrantur. Atque ita tenet fabul. referens Villadiego. Nav. sum. c. 27. n. 175. Ugolin. de censuris tabul. 5. de interdicti, c. 8. s. 5. n. 2. Et prior sententia mihi valde placet, cum fortissimè innuat rationibus. Nec obstat argumentum contrarium. Quia primum cessat, eo quod textus non absolute concessit licite prius divina celebrari, sed in Ecclesiis vel monasteriis. Non obstat 2. argumentum, quia quavis ratio ob quam interdictum prohibet divinarum celebrationem, magis militat in locis extra Ecclesiam sitis, at rationes ob quas praedicta concessio facta est, dicit c. Alma mater, nullo modo locum extra Ecclesiam: atque libunde nec ipsa concessio ibi licent habere debet. Non obstat etiam tertium, quia satis probant rationes contrariae, non gratia frequentioris usus, sed ad concessione restringendam apposita esse. Id tamen fatendum est etiam tenent prior opinionem, nimirum, posse in hospitalibus & anchoritae Episcopi eredis facta celebrari tempore interdicti, cum praedicta moderatione, quod in iis quae ad favorem pertinent, nomine Ecclesiae comprehendantur. Ideo quoque dicendum est de monasteriis monialium. Quia textus generaliter dicit in monasteriis. Atque ita utrumque docent Covar. eodem s. 4. mun. 2. Et hoc posterius docet enim Sicut Interdictum 5. q. 1. d. 1.

Gravissimum autem dubium est, an tempore cessationis generalis a divinis liceat nuptias benedicere, & cetera officia divina celebrare, cum praedicta moderatione, d. c. Alma mater? Quid enim cum concessione extendatur ad cessationem generalem a divinis. Quod haec equiparetur interdicto quoad divinarum celebrationem: & rationes inducentes Pontificem ad praedictam concessione faciendam, pariter militent in cessatione generali a divinis, ac interdicto. Et ita docent Archid. cap. Si canonici, statim in princ. de offic. ord. in 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 3. principali, n. 38. Joan. de Friberg. sum. conf. l. 3. r. 33. q. 221. Villadiego tract. de irregul. ubi tract. de irregul. voluntatis interdictum q. Dicitur est tamen quod celebrant tempore interdicti, col. 3. Nav. sum. lat. c. 27. n. 188. fin. hispan. n. 182. At verus est, ad cessationem a divinis etiam generalem minime extendi eam concessione: & libunde nec licere praedicta in ea. Quod & ipsum nomen cessationis testatur, utpote quod omnimodam a finit. Et dicit c. Si canonici valde probat, dum s. Si autem, accerent cum curis causa cessatio ponitur, tenent Canonici restituerent distributiones, eo quod omnino cessantes ab officiis eas minime acquirerent: quas tamen vere acquirerent, si possent tunc divina peragere cum moderatione, dicit c. Alma mater, ut in eod. dicit. Et ideo hujus sententiae iud. Covar. eo c. Alma mater, 2. p. 2. n. 7. s. 3. Gutier. lib. 1. qu. canoniarum, c. 10. n. 6. & utique latius hanc quaestionem disputat, satisfaciens oppositis argumentis. Eandem tenent Curiel tract. de cessat. a divinis. fol. 11. Margallo de horis canon. fol. 17. Lud. Lopez 2. par. instr. cap. 21. de interdicti. tit. de cessat. a divinis, vers. His nihilominus non obstantibus, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 117. nu. 2. Et concludit Covar. eod. contraria sentent. esse iure veteri, hanc amplectendam esse, tanquam consuetudinem universaliter receptam ubique locorum.

Deinde de 4. solemnitatibus, in quibus iure suspensum interdictum, c. Alma mater, de sent. excom. n. 6. nimirum, festo Natalis Domini, Pentecostes, Paschatis, & Assumptionis Beatæ Virginis: quibus addidit Mart. V. & Eugen. IV. festum Eucharistiae, cum tota octava: dabitur aut in illis licet benedictiones nuptiales, sicut cetera officia permittuntur publice & solemniter celebrare? Cui dubitationi aniam præbuit Palud. 4. d. 26. q. 2. art. 2. n. 12. non alia ratione ductas, quam quod solum suspendatur interdictum in diebus quoad Eucharistiam administrandam. Verum absque dubio dicendum est, posse tunc benedici nuptias publice & solemniter, si alia ex causa non sit interdictum esse benedici, ut prohibita non esset opinio Paschatis, & Natalis Domini (ut dixi disp. præc. nu. 1.) Quia interdictum illis diebus omnino suspenditur quoad officia divina celebranda licet prius, ante interdicti tempus, ut expressis dicitur eod. cap. fin. loquæ administratio sacramentorum tempore interdicti vetita relaturatur. Ad benedictio nuptialis non est sacramentum, sed ad officia divina pertinet, licet ergo officii publica & solemniter celebratio, instat aliorum officiorum divinarum. Sicut docent Calder. tract. de interdicti membr. 5. s. V. Jo. de effectu, Anchar. dicit c. Alma mater, col. 5. n. 2. in fine, Franc. ibi, s. Ad viciniam, n. 3. vers. Ultimo nota, Sicut interdictum 5. q. 2. dicit 3. in fin. Armilla v. Interdictum, nu. 43. Sors 4. d. 22. q. 3. art. 1. col. 8. vers. Hoc autem. Covar. c. Alma mater, 2. p. 2. n. 6. vers. 11. Enrig. lib. 11. de matrim. c. 16. n. 2. in comment. lit. 5. Et lib. 13. de excom. c. 44. n. 1. comment. lit. D. Et c. 47. n. 4. Ugolin. de censuris, tabul. 5. de interdicti, c. 8. s. 10. nu. 2. Vrsald. candel. Sacram. 2. par. de interdicti. n. 254. Lud. Lop. 2. par. instr. de interdicti. cap. 21. tit. de suspensio interdicti ad fin.

Imo addiderim, si die Natalis Domini aut Paschatis, tempore interdicti sacerdos benedicit nuptias, cum reum esse culpae lethalis, adversus præceptum non benedicens nuptias eo tempore, non tamen reum esse violati interdicti: ac proinde minime incurere irregularitatem statutam adversus violatores interdicti. Quia c. Alma mater, de sent. excom. in 6. absolute & generaliter suspendit interdictum in his festivitibus: ac proinde interdicti præceptum, quoad officia divina celebranda, cessat eo tempore. Quod si aliud præceptum adfir, non benedicens tunc nuptias ob temporis reverentiam, ut vere addit, est solum celebratis tunc nuptiis violatur. Sicut in simili dicunt Sicut v. Dominica, s. 2. Et v. s. j. sum. qu. 10. ubi Armilla nu. 13. Tabiena qu. 11. n. 12. Lud. Lop. dicens Villadiego idem sensisse, 2. par. instr. de punit. cap. 112. de Enrig. fol. 716. & aperte colligitur ex eo quod ita remanet ex Emman. Sa v. s. j. sum. qu. 6. cum qui ex voto vel constitutione regulari tenetur texta ferre abstinere a carnibus, absolvi a precepto juris communis illarum equo prohibenti tunc, quando Natale Domini incidit in 6. feria: quare si iis vescatur talia ferria, minime delinquent adversus prohibitionem juris communis, sed tantum contra votum vel constitutionem. Quod cap. final. de observ. jesuit. propter festi tantum honorem, generaliter dispensat quoad etiam carnium in illa die, quatenus per jus communis prohibitus erat, relinquens in suo robore obligationem voti vel constitutionis, si que aderant. Quam doctrinam probabiliorum credo adversus Mezzana lib. 1. sum. cap. 14. s. 10. commentem id cap. fin. non dispensare cum his in precepto juris communis. Et tenent haec probabilior doctrina, dicendum est Fr. Dominicanos qui ex regula præcepto tenentur semper a carnibus abstinere in refectionibus communis, si eas edant feria 6. in qua incidit Natale Dominicum, cum reos esse constitutionis violatae, & cum ea illos non obliget ad culpam, nullus culpae participes esse. Quod si quisquam voto se obstrinxisset, solum adversus votum peccaret. Rursus ex ea inferitur, Prælato dispensante in constitutione regulari, vel in voto, immunes esse culpae edendo tunc carnes, cum qui ex constitutione vel voto tenebatur. Quippe solum haec obstant. Atque ita docent Villadiego, Tabiena, Armilla, Lud. Lopez, Emman. Sa proxime citati. Et idem dicendum est, si votum irritet quicumque id efficeret potest. Et quavis doctrina praedicta in casu d. cap. final. de observ. jesuit. vera minime est, at in nostro casu reputo certissimam esse, sacerdotem benedicens nuptias tempore interdicti, in die Natalis Domini aut Paschatis, minime reum esse violati interdicti. Quia d. cap. Alma mater, absolute & absque distinctione aliqua relaxat interdictum quoad officia divina. At cap. final. de observ. jesuiti, non aufert absolute obligationem abstinendi a carnibus in feria sexta, in qua incidit Natale Domini, sed eos excipit, qui voto aut constitutione regulari in praedictam abstinentiam obligantur.

Opponet forsan aliquis non posse nuptias benedici in prædictis diebus festivitibus, in quibus suspenditur interdictum, absque illius contraventione. Quia Missa in qua nuptiae benedicuntur, est peculiaris. At in iis festis solum suspenditur interdictum quoad officia propria illarum dierum. Sed solutio est facilis. Non enim sola officia divina, & Missa illarum dierum propriae possunt tunc publice & solemniter celebrari, sed quavis alia. Quia c. Alma mater, de sent. excom. in 6. dist. 2. & gene-

taliter de officiis loquitur. Et ita docent *Calderin. de interditi. membr. 6. verb. Dubitant quidam*, gloss. d. c. Alma mater, *verf. Sicut prius*, *Joan. Andr. nu. 2. Et ibi Anchar. col. 4. num. 1. verf. Sed queritur in praedictis*, *Dominic. ibi. s. Adhuc*, *n. 3. Franc. eodem. n. 2. Nav. Jun. c. 27. n. 185. Covar. d. c. Alma mater, 2. p. 5. nu. 5. Sive Interditi. q. 2. d. 1. D. Ant. 3. p. 1. 26. c. 4. in princ. col. 1. 2. Ledesma. 2. p. 4. qu. 26. a. 2. ubi de interditi, f. 362. col. 4. Ugelin. de censuris, tabula 5. de interditi. c. 7. §. 10. n. 2. Et §. 11. n. 1.*

18. Difficultas autem est, an in praedictis festivitibus liceat nuptias benedicere, & alia officia divina celebrare publice & solemniter, tempore cessationis a divina, sicut licet tempore interditi? Quod est querere, an cessatio a divinis suspendatur tempore harum festivitatum, sicut suspenditur interditi? Id enim negat *Margallo de hinc canonici f. 17. 23. Et 24.* & est probabilissimum, ut testatur *Covar. c. Alma mater, 2. p. 5. n. 3. Gutier. lib. 1. q. canon. c. 10. n. 11.* Verum probabilius est ea tunc licere, & suspendi cessationem a divinis. Quod benigna illa concessio in honorem tantarum festivitatum, non est cur ad solam interditi restringatur: eo vel maxime, quod haec suspensio temporalis sit, & ad praedictas festivitates restricta, & ideo parum ea concessa deroget cessationi a divinis. Atque ideo hanc sent. dicit *Lud. veriore esse Covar. eod. n. 3. & tenent Gutier. d. c. 10. fin. Lud. Lop. 2. p. instr. de interditi. c. 21. de suspensio interditi. verf. Hinc merito. Manuel 1. tom. Jun. 2. edit. c. 117. n. 2.* At in Ecclesia speciali interditi affecta, non licet in praedictis festivitibus, nuptiarum aut aliorum divinorum officiorum celebratio. Quia cessat ratio concessionis, quandoquidem extra illam Ecclesiam divina tunc obire possunt. Et hujus sententiae videntur *DD. n. 12. allegati*, qui indistincte fere omnes docent concessionem, c. Alma mater, de sent. excomm. in 6. non habere locum in speciali alicujus Ecclesiae interditi, Et in propriis terminis docet *Ugelinus de censuris, tabula 5. de interditi. cap. 19. init. num. 5.*

19. Tandem dubitatur, utrum alterutro ex conjugibus solum interditi, liceat extra locum interditi benedictiones nuptiales recipere? Qua in re sic distinguendum est. Aut interditi est locale, aut personale. Rursus si personale: aut generale, quia, nimirum, universitas aliqua est interditi, aut in civis alicujus urbis, cujus pars est conjux: aut speciale, quia, scilicet, conjux est nominatim interditi: aut causam culpabilem interditi ferendo praestitit: in quo eventu censetur specialiter interditi, c. Alma mater, de sent. excomm. in 6. verf. Illi. Primo ergo dico, si interditi locale sit, posse conjuges extra eum locum benedici. Quia interditi locale non ligat extra eum locum quem afficit, c. Si sententia, de sent. excomm. in 6. Nec in hoc est difficultas. 2. Dico, si interditi sit personale & generale, sic distinguendum esse. Si solum vir eo personaliter interditi affectus sit, aut uterque conjux, non licet benedictiones nuptiales etiam extra locum interditi recipere, nisi vir domicilium matris: tunc enim licet in loco non interditi. Ratio est, quia cum vir maneat pars illius civitatis personaliter interditi suppositae, dum alio non migrat animo domicilium transferendi, eodem personaliter interditi ligatus manet, instar aliorum civium: d. c. Si sententia, cum ibi notatis, ac proinde uxor non potest ea cum viro sic interditi benedici. Sic *Calderin. de interditi, membr. 6. §. Viso de effectibus interditi, Anchar. d. c. Alma mater, n. 11. Et ibi Franc. in princ. n. 3. D. Ant. 3. p. 1. 26. c. 4. in princ. col. 5. Tabiena Interditi. q. 2. p. 13. n. 14. Armilla verb. Interditi, n. 53. Graf. 2. p. dec. lib. 1. c. 1. n. 25.* Quod si sola uxor sit illo generali personaliter interditi ligata, potest in loco non interditi benedici una cum viro. Quippe cum vir interditi minime affectus sit, uxoreque sortiatum forum, munera, & honores sui viri, l. Femina, ff. de Senat. l. fin. C. de incolis, gaudet ea viri non interditi immunitate, ut benedici possit. Ita *Calderin. Tabiena, Armilla ibi.* Tandem, si quis ex conjugibus sit speciali interditi personaliter affectus, nullibi fas est illis benedictiones nuptiales recipere, donec conjux ille interditi ligatus absolvatur: Quia id interditi speciale personae ipsam quocumque se transferentem comitatur, instar aliarum censurarum, donec absolutio accedat. Sic *Calderin. Tabiena, Armilla, ibid.*

20. Ad argum. na. 9. propositum, dic illam regulam intelligi, ubi est eadem ratio in accessorio, & principali: nec est aliqua dispositio specialis in accessorio: ut bene *Dynus eadem reg. Accessorium, in fine.* At non est eadem ratio in matrimonii & benedictionibus nuptiarum: illud enim non spectat ad divina officia tempore interditi vetita: focus de his. Deinde in matrimonii nulla est dispositio prohibens: focus de benedictionibus, interdicitur enim generali prohibitione divinorum officiorum tempore interditi. Ad confirm. dic esse proflus dispertem rationem, Quia Christa esse accessorium, tanquam de confirmationis essentia: & de necessaria sub praecipio Baptismi decencia: solumque potest die Jovis sancti confici, & quotannis renovari debet. Quare si tunc ratio interditi non conferretur, ea Sacramenta ministrari valide, si sit confirmatio, aut deceter, si sit Baptismus, non possent. Quae rationes in benedictionibus nuptialibus locum non habent.

DISPUTATIO IX.

Utrum tempore, quo alter aut uterque conjux excommunicatione ligatus est, valide, aut licite matrimonium contrahi possit?

SUMMARIUM.

Refertur sententia asserens matrimonium initum a ligato excommunicatione majori, esse invalidum, n. 1. Validum est matrimonium ab excommunicato initum, 2. Peccat lethaliter majori excommunicatione ligatus, si matrimonium inest, 3. An id sit duplex lethale? 4. An idem sit cum excommunicatione minori? 5. Sciens iniens matrimonium cum excommunicato majori ligato, denunciato, vel notorio clerici percussore, peccat mortaliter, 6. An sit mortale contrahere cum excommunicato non denunciato, nec notorio clerici percussore? vel cum excommunicato excommunicatione minori? Refertur quaedam sententia, 7. Nulla est culpa cum hoc contrahere, nec peccata Sacramenta a tali excommunicato, nec excommunicatus peccat tunc, quando praeventus ab alio ministrat, aut contrahit matrimonium, 8. An sit duplex mortale, inire matrimonium cum excommunicatione majori denunciato, vel notorio clerici percussore? 9. An sit mortale, & quotuplex, inire cum excommunicato excommunicatione minori? 10. An peccet mortaliter si uterque conjux majori, vel minori excommunicatione ligatus sit, & matrimonium inest? 11. An ligato majori vel minori excommunicatione interditi sit sponsalia, sine nuda promissione super juramento formata? 12. An ex utroque sit benedictiones nuptiales recipere? 13. An teneatur praemittere matrimonium confessionem, qui excommunicatione aut peccato lethali affectus est? 14. An suspensus etiam ab ingressu Ecclesiae, vel si cui Ecclesiae ingressus interditi est, peccet si matrimonium inest, aut benedictiones nuptiales recipiat? 15. Solvuntur arg. 16.

Quidam ita rigide loquuntur in hac disputatione, ut in censent matrimonium initum a ligato excommunicatione majori, esse invalidum, quod is Sacramentorum incapax sit. Ita *Martinius de Magistris relatus a Cajet. 2. 2. qu. 154. art. 7. paulo post principium, dub. 3.* At procul dubio dicendum est, id matrimonium esse firmum. Quod expresse probat, *cap. Significati, de eo qui duxit in matrimonium.* Vir enim excommunicatus erat, quod prius matrimonium durante, adhereret uxore relicta meretrici: uxoreque mortua, duxit meretricem, nondum absolute ab excommunicatione obtenta. Et respondet Pontifex firmum fuisse matrimonium, nisi cum eo adulterio concurreret matrimonii promissio, aut machinatio in mortem alterius conjugis. Non ergo obstat excommunicatio firmitati matrimonii, Deinde, quia licet peccet excommunicatus matrimonium iniens, at nullus est textus illud irritans. Atque ita docent ex juris peritis, gloss. c. fin. verb. Sacramentis, de sentent. excomm. in 6. Et c. Nullus, verb. Quod si, de consecr. d. 4. Et c. Illud verb. Negantur, et l. d. 95. d. c. Significati, in notat. quod inserti post casus positionem, Et ibi Joan. Andr. n. 3. Anton. n. 3. Abb. n. 3. Anchar. n. 3. Card. n. 2. Et d. Alex. de Nervo n. 3. Prepos. n. 2. Henric. n. 1. Et 2. Idem Card. elem. 1. in pr. n. 6. q. 13. de privi. Calderin. de interditi, membr. 6. §. Viso de effectibus interditi, Bald. l. 1. n. 11. C. de jur. Et facti ignor. Et ibi Joan. n. 7. Alex. conf. 56. n. 5. vol. 4. Philip. Probos addit ad Monachum, c. un. n. 9. de de sp. impub. in 6. Francus c. Dixerunt n. 1. de heret. in 6. Et c. 1. nu. 7. verf. Et limita, de except. cod. lib. Fel. rubrica de sponsal. n. 8. verf. 12. Allegis Jun. 2. p. 1. 7. tit. 16. a. 3. qu. 6. Sive. Excommunicatione 3. inito, Et verf. 14. Armilla verb. Excommunicatione n. 9. in fin. Et verb. Matrimonium n. 67. Nav. c. Consideret, c. Cantus, n. 26. de penit. d. 5. Et sum. lat. c. 22. n. 8. Cov. 4. decret. 2. p. c. 6. init. n. 3. Ant. Cae. l. 5. Instit. majorum, t. 11. n. 170. Et l. 12. n. 33. Gaeta repet. c. Ad limina 30. qu. 1. §. 4. n. 12. Matien. lib. 5. recop. t. 1. rub. gl. 1. n. 136. Franc. Marcus 2. p. dco 525. nu. 1. Ugelinus de censuris, tab. 2. de excomm. c. 7. §. 2. n. 4. ubi alios refert. Et ex Theologis D. Tho. 4. d. 37. q. un. a. 1. ad §. Palud. 4. d. 26. q. 2. n. 2. concl. 1. n. 6. Majoris 4. d. 29. qu. 2. ad fin. Cajet. 2. 2. qu. 154. art. 7. dub. 3. D. Ant. 3. p. tit. 24. c. 76. verf. 14. Et tit. 1. c. 19. fin. Idem Cajet. sum. verb. Matrimonium c. 1. in fine. Ledesma 2. p. q. 23. a. 1. col. 9. arg. 3. junct. eius solut. Viguer. l. instit. c. 16. §. 7. verf. 8. impet. 1. Toledo l. 7. Jun. n. 1. Enriq. lib. 12. de excomm. c. 10. n. 1. Petr. de Ledesma de matr. q. 59. a. 1. s. penult. Graf. 2. p. decisionum, l. 1. c. 1. n. 25. Barr. de Ledesma de penit. ubi de interditi, dub. 7. Lud. Lop. 2. p. instr. de matrimon. c. 46. §. Praeterea circa impedimenta impedientia. Vroald. candelabr. Sacramentorum l. p. de matrimonio, n. 80.

Peccat tamen mortaliter ligatus majori excommunicatione, si ante abolitionem ab illa, matrimonium inest. Quia excommunicatio haec, privat receptione Sacramentorum sub mortali, cum materia sit gravissima. Atque ita docent *D. Anton. utroque loco, Cajet. utroque loco, Sive. Ambobus locis, Armilla utroque loco, Viguer. Enriquez, Petrus de Ledesma, n. praec. allegati, Palud. 4. d. 27. q. 2. concl. 2. n. 9. Tabiena Excommunicati l. 1. q. 12. n. 17. Nav. Jun. lat. Et*

Act. Et bisp. cap. 22. num. 81. Alex. in suo Enchirid. 6. praecip. ubi de statu matris. §. 1. Vroald. candelabr. Sacram. 1. part. de matr. num. 109.

4. Utrum vero sit duplex culpa mortalis discernendum est ex solutione ejus quaestiois: an contrahens matrimonium in mortali, duplex lethale peccatum admittat, alterum, quia minister est hujus Sacramenti: alterum vero, quia illud recipit, de qua egimus lib. 2. disp. 6. n. 3. & 4. & diximus utramque partem esse probabilem: at tanquam probabilior fecerimus unicum esse peccatum. Sic ergo in praesenti casu est probabile, duplex esse peccatum mortale. Quia ligatus excommunicatione majori sub mortali tenetur abstinere administratione, & receptione Sacramenti. At probabilius peccat lethaliter Sacramentum ministrando, cum peccato lethali aut excommunicatione ministrando affectus sit, qui minister est consecratus ad id manus, (ut dixi de affectu peccato lethali, ea disp. 6. nu. 4.) Sed si peccato lethali affectus sit, & excommunicatione majori, duplitem culpam mortalem admittit, alteram tamen: alteram autem peccato mortali infectus recipit Sacramentum: Quippe haec tamen, quod excommunicatione majori ligatus. Quippe haec tamen, quod excommunicatione majori ligatus, eo ipso quod infans, & prudens vult sic contrahere peccatum mortali, & excommunicatione, ac proinde contrahit matrimonium, cum peccato mortali, & excommunicatione. At si solum excommunicationis rationem attendamus, unica est culpa lethalis receptionis indigne Sacramenti, non autem administrationis ejusdem.

5. Similiter reus est mortalis culpa, iniens matrimonium cum excommunicatione minori, ante abolitionem ab ea. Quia haec interdicit Sacramentorum receptionem, sub culpa mortali, ut expresse colligitur ex c. fin. verf. Peccat autem, de clerico excomm. minist. Sic *Palud. 4. d. 26. q. 2. a. 2. n. 2. concl. 3. n. 10. Cajet. summa, verb. matrimon. c. 1. in fine. Armilla ibidem, n. 67. Navar. summa lativa. Et bisp. c. 22. n. 81.* Et erit similiter duplex mortale, alterum ratione censuræ, alterum vero ratione culpae mortalis, quia infectus sic excommunicatus, eo quod velit recipere cum illa excommunicatione Sacramentum, id recipit, ut nu. praecedenti explicat.

6. Gravior autem difficultas est de eo, qui sciens matrimonium cum ipso excommunicato, an peccet? Et quidem si excommunicatus sit denunciatus, aut notorius clerici percussor, quos solos vitare tenetur iuxta decretum Concilii Constantiensis, non dubium est, quod contrahens cum illo peccet mortaliter. Quoniam participat in Sacramento cum ligato excommunicatione majori: qui est usus ex casibus, in quibus participatio haec est mortalis, secundum omnes. Et ita fatentur Doctores omnes, num. sequenti, & §. pro utraque sententia allegandi.

7. At punctus difficultatis est, quando excommunicatus non est denunciatus, nec notorius clerici percussor. Nam *Viguer. Et Petrus de Ledesma nu. 2. allegati*, indistincte, & generaliter docent, contrahentem matrimonium cum excommunicato, reum esse culpae mortalis. Et falem peccare non explicando culpae qualitatem, docent etiam *D. Thom. 4. d. 39. qu. 1. ad 1. ad 5. Toledo ibi. 7. Jun. c. 7. nu. 1.* Atque ita videntur sentire hanc culpam admitti, si excommunicatus sit denunciatus, aut notorius clerici percussor, si vero non. Cuius sentent. est aperte commune Doctorem plerumque, quod tenent, peccare lethaliter recipientem Sacramenta ab excommunicato non denunciato. Cujus rationem optime explicat *Suarez 3. par. quest. 65. art. 4. disp. 18. scilicet. l. col. 5. littera B.* Quia quavis ex ratione, & meritis excommunicationis, solum alitringatur fideles vitare excommunicatum denunciatum, aut notarium clericum percussorem, ac proinde ab aliis excommunicatis non interdicitur illis recipere Sacramenta: at ex vi legis charitatis de vitando scandalo, & generalis obligatio non cooperandi ad peccatum alterius, obligatur fideles ad non petendum nec recipiendum Sacramenta a ministro quomodocumque excommunicato. Eo quod ille peccat ministrando: utpote cum in nullo favet decretum Concilii Constantiensis, ut dicitur ibi, in fine. Maximus autem favor est excommunicati, si possit abique culpa vacare Sacramentorum ministerio: quo, ratione excommunicationis, ante id decretum privatus erat. Si igitur excommunicatus ministrans peccat, ejusdem culpae participet erit recipiens ab ipso, utpote qui cooperatur peccato illius. Nec haec obligatio, cum naturalis sit, potuit per illam decreti Concilii Constantiensis moderationem auferri, quod per illam nec excommunicatio generalis aucteretur neque prohibito ipse excommunicato facta, ne se facris rebus vel ministeriis ingerat. Similiter ergo videretur dicendum in praesenti casu, cum enim ipse quomodocumque excommunicatus peccet iniens matrimonium, utpote quem in nullo relevat decretum Concilii Constantiensis, similem culpam admittit contrahens cum ipso, quia cooperatur ad peccatum quod sine ipso expleri non poterat. Et juxta hanc sententiam, idem necessario dicendum est, si quis contrahat cum ligato excommunicatione minori, quia cooperatur ad peccatum (quod mortale esse diximus num. 5.) ipsius excommunicati.

8. Ceterum vetius exitimo nullam esse culpam contrahere

sciens cum excommunicatione majori ligato, nisi denuntiatus sit, aut notorius clerici percussor. Quod bene docet *Vroaldus candelabr. Sacramentorum, 1. p. de matrim. nu. 8.* Ducor, quoniam non obstanti communi, & probabilissima sententia, non praeced. allegata, semper mihi persuasus probabilius esse petentem Sacramenta a ministro quocumque, etiam non parato, excommunicato, dum non sit denunciatus, nec notorius clerici percussor, abique quaerita necessitate, immo esse culpae, si nullum aliud obiculaum, demerita excommunicatione, interveniat, nec ipsam excommunicationem eventum ministrantem peccare, & labant nec irregularem esse. Quod docent aliqui teste *Vitoria summa*, ubi de excommunicatione, num. 339. & ipse tanquam probabile reliquit. Idem tenent *Satus 4. d. 22. quest. 1. art. 4. col. 3. verf. At vero Ledesma 1. part. 4. quest. 5. art. 6. dubio postulat. Lud. Lopez 2. part. instr. ubi de Sacramentis in genere, cap. 59. col. 18. verf. At vero gentium dubium, fol. 85.* Et ratio est, quod Concilium Constantiense in praedicto decreto indulsit omnibus fidelibus, at in nullo teneatur evitare injulsiunt excommunicatis, etiam in Sacramentorum receptione, ad evitanda multa scandala, & multa pericula, & subveniendum hujusmodi excommunicatis, ut ibi expresse dicitur. At si peccatum esset, sic excommunicatis praevire, petendo ab ipsis sacramenta, vel ipsos alloquendo, eadem scandala, & pericula, scrupulose timoratorum pullulare: nempe, si excommunicatus ille est paratus ministrare, vel si illum induco, vel si necessitatem requisitam habes, vel si illum praevitum in colloquio communi: eo vel maxime, quod timorati plus timeant culpam, quam excommunicationem minorem, a qua fatentur omnes eximi hanc participantem virtute dicti decreti Concilii Constantiensis. Et confirmatur, quia in dicto decreto nulla fit mentio culpae, aut excommunicationis minoris, sed absolute decernitur, fideles in nulla re alitringi ad vitandos hujusmodi excommunicatos, & tamen inde colligunt omnes non incurri excommunicationem minorem ex hac participatione, Cur ergo non dicemus idem de culpa? Praesertim, quia verba illa praedicti decreti, *Constitutum ut nemo posthac teneatur abstinere*: potius obligationem ad culpam sonant, & illam videntur auferre: manente enim culpa, non esset verum dicere neminem teneri ad vitandum excommunicationem autem minorem solum auferant per modum naturalis sequele: cessante enim culpa, cessat subinde pena excommunicationis ita illi annexa, ut abique illa contrahi nequeat. Deinde quia cum id privilegium redundet in magnum animarum favorem, & ad consulendum timoratis conscientias, atque earum pericula vitanda emanari, ampliandum potius est ad culpam, & excommunicationem minorem, ita ut neutra ex hac participatione incuratur: quam restringendum ad solam excommunicationem minorem. Quippe lex quantumcumque penalit, & odiosa sit, est amplianda, quando est in favorem animarum ad vitanda peccata, (ut probavimus lib. 1. disp. 39. nu. 5. & lib. 3. disp. 1. num. 8.) nedum haec, quae penalit minime est. Dices cum contraria sententia, prohibitionem non recipiendi sacramenta ab hujusmodi excommunicato non oriri ex ipsa excommunicatione: hanc enim abutit Ecclesia in dicto Concilio Constantiensis decreto, dum fidelibus indulsit participationem cum hoc excommunicato: sed oriri ipso naturali jure dictanti non esse cooperandum peccato alterius. At juris naturalis interdictio non potest Ecclesiastica lege auferri. Quare cum excommunicatus tunc ministrans peccet, peccat recipiens. Sed profecto probandum esset peccare excommunicatum praeventum a petenti sacramento, illud est administrantem. Cum enim prohibito, ne excommunicatus ministraret sacramenta, descendat ex ipso jure Ecclesiastico, potuit utique jus Ecclesiasticum hanc prohibitionem restringere ad omnes excommunicatos, qui aut denunciati aut notorii clericorum percussores existunt: ad ceteros autem, in eo solo evento, in quo ipsi sua sponte se ingerunt. Quare minime peccabant, quando a petentibus praeventi ipsi administrant. Id autem intendisse facere praedictum Concilii Constantiensis decretum, vel ex eo constat, quod cum fidelibus indulsit, ut possent participare cum his excommunicatis, nec tenerentur eos vitare in Sacramento administratione, indulsit indirecte, & ex consequenti ipsis excommunicatis, ut possent tunc licite ministrare. Non enim stat, me non teneri vitare hunc excommunicatum, & ipsum peccare mecum participando. Quare dum dicitur in praedicto decreto, non relevari per illud excommunicatum, debet intelligi, directe, & ex intentione: secus indirecte, & quatenus est necessarium, ut fideles tute, & plene possint frui privilegio participandi cum ipso excommunicato. Nec conferret dicere, praedictum decretum concessisse administrationem, & receptionem Sacramenti: a contrahere matrimonium cum excommunicato, non est recipere ab ipso Sacramento; sed participare in administrando, & recipiendo simul cum ipso excommunicato sacramento. Quod illiciter videtur, nec confirmum in praedicto decreto. Alias liceret mihi inducere praedictum excommunicatum, ut simul mecum interesset faero, aut ministraret alius Eucharistiam. Sed responderetur, contrahere matrimonium cum excommunicato, vere esse recipere ab ipso Sacramento, & in receptione cum illo participare: quod in praedicto decreto indulsit. Quia uterque contrahens vere ministrat, & recipit ma-

